

6#6 6#137

J

725

1716

c.1

PA6372

A25

1716

c.1



1080045436

87

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
CAMPUS ALFONSINA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA


660ie | 87 MICROFILMADO R=13

BMU Raúl Rangel Fries
FONDO
UNL

A.E. PÚBLICA DEL ESTADO

EDICIÓN DE LA BIBLIOTECA NACIONAL
ESTADOUNIDENSE
FUNDADA EN 1800

CL.
CLAUDIANI
quaे exstant:
Ex emendatione Nicolai
Heinly Dan. F.



VENETIIS
Apud Nicolauum Pezzana 1755

46360

LAUDIANUM
hunc dux
admodum multo brevius et
a nobis sumptu

PA6372

A2

1716



LECTORI.

LAUDIANUM publico datus du-
bitus me aliquandiu fiteor, no[n] si-
ne editioni, quam molib[us], addi-
turus esset, quod fatigare super-
que navatum a me arbitratur. Si au-
torem ipsum ad veterum librorum
fident, quanta quidem fieri posse cura, castiga-
tum exhiberem. Sed vicit deum importuna
quorundam supersticio, qui aut nihil omnino
in antiquis auctoribus mutati finunt, aut si quid
mutetur, ejus rei rationem operosis animadver-
sionibus reddendam accurate contendant, quis
tamquam ipsi plerunque nec intelligant, nec le-
gent. Iisdum satisfactum cupio, atque ea in co-
gitatione tunc sum, ecce præter expectationem
ultimus Septentrio adēndus. Quo quidem itine-
re cura illa penitus interrupta videbantur, nisi
hortati mox essent, ut in proposito pergerem,
quorum summa apud me erat auctoritas. Notas
igitur quanta poteram festinatione abholvi, non
ad ostentationem scripsit, ut qui nihil eruditio-
nis in me agnoscerem, sed vocatis tantummodo
ad partes illi scriptoribus, aut eorum plerisque
(nam ne omnes possem, librorum insipia sa-
cum) qui, aut ad avum Claudiiani proxime re-
cederent, aut, quos familiares atque in deliciis
illi præcipue fulse ex ipsa imitatione liquidò
apparueret. Illi enim subtilius fore confidebam,
ut observations magna ex parte meas auctibus
non nimium severis approbarebant, qui scripto-
rum codicum postillam ubique rationem ha-
buissem, conjecturis rarius indulgerem. Acce-
debat huc aliud incommodum, quod morat[ur] his
tis eliminandis nullam, opera permittere typis.

A 2 . gra-

LECTORI.

graphicæ, quæ in auctore edendo iam occupabantur. Summa itaque cum celeritate animadversionibus descriptis, atque in Bataviam missis, nescio quo casu factum sit, ut alio interea annum applicarent typographi, Claudio nostro in mentes sex, septemve valere Julio, cum absentia mea fieret, ut operas urgere, atque incitare non possem. Moram equidem hanc molestissimam nisi accidisse diffiteri non possum, cum alias ob causas, tum hoc præterim nomine, quod interea temporis ingenio in eundem auctorem commentarius viri celeberrimi Gasparis Barthii in lucem protractus sit, à quo non præventum me fuisse mallem. Sanctè tamen hic testor, actyopraphorum conscientiam appello, Notas meas neque inspectas mihi ab eo tempore, quo Barthianum opus prodiit, neque illis quidquam post additum. Barthii quoque commentarium non nisi in transuerso à me vixum. Publice id profunditem exsistimavi, ne rei ignarus esses, Lector, neve, si in observationibus, correctionibus nonnullis cum illo concurram, (quod acciderit facillime, cum & is codices scriptos latius multos inspexerit, quibus subsiditis priores illius curæ mihi non semel perlectæ defuissebantur) eis à me scrinia compilata fuisse homines maligni argutentur. Quamquam confido, infinita propè à me restituta, quæ illius diligentiam effugerint, cùm & plures quam ille, & miliores libroconfusiorum quorum indicem exhibendum tibi duxi, ut scias, nec præficia defuisse mihi, nec curam in Claudio emendando, si ingenium, atque eruditio, que requirebant ad rem tam arduam cum laude perficiendam defuerunt. Primo exemplaria duo ex Leideniæ deprompta Bibliotheca evolvi, quorum prius inter optima censendum. Duo suppedavit Oxoniensis Bodleianæ. Unum vir humanissimus Patricius Junius, quod Gulielmi Cambdeni olim fuerat. Duos subministravit codices typographorum decus Balthasar Moretus, quorum altero C littera in Plantiniana editione notato Pultmannus ulius fuerat, sed adeo negligenter, ut præstantiores plerumque

lectio-

LECTORI.

lectiones omiserit. Unum Patres Societatis JESU Lovanienses. Unum item Bussidianum in eadem urbe Collegium, sed quo ob temporis angustias non diu licuit frui. Tres communicavit mecum Lutetia Amplissimus Senator Alexander Petavius. Tres Patenæ fratres commendatissima famæ nomina, quorum primum ex Regia, secundum ex Thunani, tertium ex sua Bibliotheca deponerent. Mazariniani libri copiam fecit clarissimus Gabriel Naudus, aliud etiam exemplar, quod posidebat, utenduæ obtulit, illustrissimus vir, ac tanto fatus dignissimus Carolus Moncallus Tholofranus sedis Archiepiscopus. Quinque codices Medicea Florentia suggesti Bibliotheca, unum in eadem civitate Monasterium sancti Marci. Tres Ambrofiana Mediolani, procurante Francisco Bernardino Ferrario optimo doctissimo que fene: unum sancti Salvatoris Bononiae. Patavii duobus usus sum exemplaribus, quorum alterum Cathedralis Ecclesie erat, alterum, quod Celticus Protaci, & Antonii postea Querengi fuerat, eximius, atque amicissimus Rhodius obtulit. Ceterum in tanta scriptorum codicum copia, pauci omnino reperi, qui Claudiani omnia exhiberent, nulli magnopere à vetustate commendandi, quive quingentorum annos stacem excederent. Editiones vulgatae diligenter etiam excossi. Florentia in Medicea principem Vicetinam anni Mcccc lxxxviii. videre contigit, cuius ad marginem vir doctus diversas lectiones ex optimo, veterissimo codice, quem Lucentem ipse nuncupabat, adnotarat, poemataque, ac epigrammatæ, quæ in illa editione desiderabantur, manu sua descripta addiderat. A Patenæ fratribus Parmensem accepi, cum scriptis itidem libris à viro eruditio commissam. Aldinam posteriorem à Patribus Societatis JESU Antwerpianis, quam Lilius Gregorius Gyraldus ad vetustissimum, cuius in vita Claudiani ipse meminit, exemplar castigarat, quodque præcisæ omibi uiuifuit: adscriptæ erant etiam marci ejusdem codicis ex præstantissimo Vatica-

L E C T O R I .

nz Biblioteca libro diversa lectiones manu
Johannis Livinei. Rhemensis codicis vir sum-
mus Dionysius Petavius, Vaticanus alterius po-
litissimus Albertus Rubenius, Priczani Iaa-
cus Vofius noster, alterius incerti Gevartius,
ac Gronovius excerpta communicarunt. Baf-
leensem Isingrini editionem, ex antiquissimo
libro castigatam, saepe adhibui, cuius fidem
immaculatissimam olim habebat Barthius.
Aldinae quoque priorem, Claverianam, ac
Lugdunensem non unas. Raphelingianam om-
nium quocum vidi optimam, quam Scaligerum
recentissime volunt, exprimendam curavi,
sublatis tantum coniecuris vii maximi non-
nullis, quas in contextum temere admiserat
typographus. Atque haec de Claudiani editione,
quam emendatiore aliquando ac ma-
jori cum cura adornabimus, si intelligamus,
labores hinc pertunditoris tibi non displace-
sc, Vale.



C L. CLAUDIANE

V I T A,
E X

LILII GREGORII GYRALDI
De Latinis Poetis Dialogo IV.

Cl. Claudianus, Theodosii, & filierum At-
ticii, & Honori temporibus floruit. Pa-
tria ei fuit Alexandria Egypti, id quod
& Suda, & aliorum testimonio faciliter cognosci-
mus: idem & suis ipse carminibus comprobatur q-
ue dicit cecinit:

— Et nostro cognite Nilo,
Quidam tamen infelix cum Hispanum, alli Florenti-
num expeditavere. Franci Petrarcha, & Landi-
nius, nulla, ut reor, autoritate nisi, ut in eis modi
reponeret, Florentinum Claudianum arbitrantur
fuisse, patrem natum mercatore, qui ob Italia bel-
la, que cum fortis erant, in Egyptum scripsit,
quo in loco, ducta uxore, Claudianum filium ge-
nuit. Quibus & Politianus, amore, ut puto,
regionis his verbis assentitur:

Aus Pelusiaco misum de plebe Canopi;
Pulcra suum quem nunc Floræta jactat alumnus,
Gaudentem Stygio dominam junxit se marito.
Idem & Florentinorum olim scriba P. Collutius.
Aegypto genitum nova me Florentia civem
Legibus agnovit, magnis jam digna Poetis:
Infernos raptus Cereris, pugnaque Deorum,
Crisreas laudes, nec non Stiliconis honores,
& reliqua. Ex eis Aegypto illum scribis his verbis
Illi Sidonius Apollinaris:

Non Pelusiaco fatus Canopo
Qui ferrugineos toros mariti,
Et Mula canit inferos superna.
Florentino, viro clarissimo, & insigni in littera-
rum omni genio gratissimus fuit. Cuius quidem
Florentini apud Gracos quadam in re rusticâ le-
guntur, qua ab literate & Constantino efficiuntur,

C. L. CLAUDIANI

eius & inter legum scriptores narrara mentio. Ad hunc eundem Florentinus, & Claudianus exinde elegia, tuus est hoc principium:

Oria lopitis ageret cum cantibus Orpheus,
Neglectumque diu depluisit opus.

Non multis ab hinc annis, Roma, in ruris vetustissimum marmor repertum fuit, quod statu Claudiani suppeditum fuisse Pomponius Latus, aliisque viri antiquitatis peritis crederare, cum huiusmodi inscriptione. C. L. CLAUDIANO v. c. Cl. Claudiano v. c. Tribuno, & Notario, inter ceteras iugentes artes praeclarissimum Poetarum, licet ad memoriam sempiternam carmina ab eodem scripta sufficiant: astam testimonii gratia, ut juvias iuri fidem D.D. NN. Arcadios & Honorius, feliciss. & doliis. imp. Senatu petente, statuam a foro Divi Iuliani erigi, collectarique iussimur.

Eis ita Bypatosi via regi justa. O papa
Claudianos. Propterea non facilius. Deo.

Cognoscere quanto in prelio fuerit Claudianus, cum in eo uno & Virgiliu mentem, & Homeru Musam suffice testentur distingui Imperatores. Hincus quidem statu & epigrammatu meminit ipse idem Claudianus in quadam praefatione, cum inquit:

Sed prior ethemel tribuit successus aceram,
Oraque patricius nostra dicavit honos.

Annum his princeps, titulum potente Senatu, & reliqua. Christopherus Landinus Claudianum Christiana pietati addiditum affirmat fuisse illum enim scribi, primo quidem tempore Dei gentium institutum. verum mox mutata in melius sententia, Christianum factum, ob illud videlicet, ut reor, ipsius epigramma ad Christum Dom:

Christe potens rerum, redeuntis conditor avi,
Vox iustum, sensuque Dei: quem fudit ab alta
Monte Pater, &c.

idem & alii nonnulli assertunt, qui & alia Claudiani poemata ad Christianum assertunt, ut illud:

Proles vera Dei, cunctisque antiquiorannis,

Nunc genitus, qui semper eras.

Et item alia, qui pauli ante sunt in Germania publicata. Sed enim qui eadem ferme Claudianus exinde claramurunt, Anselm, Augustinus, & P. Orosius, id extotto falsum esse docent. Ab illo enim in

v. De

C. L. CLAUDIANI

¶ De civitate Dei, Claudianus à Christi nomine alienus dicitur: ab hoc in Historis, paginis, ut eius verbis utar. & quidem per vicinias suas: cum quibus & hac in re Paulus Diaconus convenit. Quibus usque adeò major est fides habenda, quam Landino, & nostra tempore ceteris. Illa etiam ego carmina vel alterius Claudiani putem, vel prius in Christianissimi Imperatoris gratiam composta, nam & Trebonianus, si videamus, à Christi religione alienus, ex Insinuatis Imperatoris sententia in Pandecta de Ursio, & Trinitate admirante scripta. Compositus verò multa Claudianus, que in manibus habentur, inter qua & nonnulla Graeca, ut Gigantomachia, ex qua & Graecos versus legitimus, ut hi sunt quos Arsenius in suis apophygrammatibus adducit. quod argumentum & Latinum trahavit, vel patius inchoavit. Extant & Claudiani, in Gratorum epigrammatum volumine, de cristallo versus, qua de eisdem & Latinis legimus. Ex istis poemata de Eumenone, quod an ipsum legitimum sit, nec probare, nec refellere auctor ex antiquissimo certi, & castigato codice, qui Francisci Petrarca fuisse creditur, illud ego ipso exscripsi. Haec enim diximus, ratus de Claudiano habendis me plura dicturum, sic Piso ait: Istius ego portae a primis usque annis suadios fui: eius enim miseri carmen non sonorum modo, & elegans, sed & floridus, semper visum est. Idem dicere velle videbatur puer Picus: cum ego & Nec equidem, puer, ego unquam Claudianus versus contempsi: sed communim numeris & lineamenta variet, idemque sit, nōque ab aliquibus eo nomine in ordinem redigitur. At si cui fortè illius numeri satis placeant, ejus certi placebunt inventio. Nam cum primo animi impetu, ut videmus, pulchre materiam apparet, & animokus feratur, mox tanquam ventus hominem deficit, ne principis satie postremne respondent. Omnis in tamen, ut Piso dicebat, est poetacanorus, volubilis, & valde dolcis: sed certe parum idoneus, dignusque, ut tantopere illum imitari studeatis. Sunt quidem in eo, si cum delectu decerpantur, flores, qui mirum dictu est, quām vobis prodest possint. Sed de his satis, ne virtus

CL CLAUDIANI

Fuit & alter Claudianus Mamercus Pierrenensis ex Gallia, quem miris landibus effere Sidonius Apollinaris: cum enim excelluisse sit cum in omni poetica, tum etiam in omni philosophia, & Theologia. De quo haud mihi in presentia sunt vestibus plura dicenda, cum, si Sidonii epistolaram librum quartum legeris, tertiam inuenies totam in laudes ipsius Claudiani esse compitam: undecimam vero in eius iam defuncti commendationem, eusque epitaphium. Eiusdem praeferat Gennadius in libro illistrans virorum meminit: Legi ego huius Claudiani librum de statu avum, in quo multa bona frugis documenta, ac doctrina recensita resperi. Sunt & quia ea, que de Christo carmina leguntur, non prioris Claudiani: sed huius posterioris esse afflent, ea in primis ratione persuasi, quod & varius sit stylus, & quod sic, ut diximus, à Christiana pietate fuerit alienus. Posteriorum tamen esto has censara. Haec sua nuptia de utroque Claudiano.

Julius Caesar Scaliger, Poetices Lib. IV.

Maximus Poeta Claudianus, solo argomento ignobiliter oppressus, addit: de ingenio quamvis docte materia. Felix in eo color, cultus non invitus, temperatum judicium, dilio candida, numeri non affectati, acutè dicta multa sine ambitione.

VITA.

Svidas.

Claudianus Aegaeus p. i. in nomine maritimi 270. in isti illi quibus Claudius vel Oceano illi passus.

Augustinus de Civit. lib.v. cap.xxv.

Unde & Poeta Claudianus, quamvis à Christi nomine alienus, in eius tamen (Theodosii) laudibus dixit:

Oniūm dilecta Deo, cui militat aether,
Et conjurati veniunt ad classica venti.

Idem Paulus Oros. lib.vii. cap. xxxv.

Sidonius Apollinaris ad Valerianum,

Non Pelusiaci fatus Campe,
Qui ferruginei tares Tyrannis,
Et misera canis inferos superna.

Prosper in Chronico Consulari.

OLYBRIUS, ET PROSINO COSS.

Hoc tempore Claudianus Poeta insignis moribus.
etor Proliperi; nisi scribendum floruit.

Svidas.

A 6 I 3

INDEX OPERUM

CL. CLAUDIANI.



ONSULATUS OLYBRII ET
PROBINI.
IN RUFINUM LIBRI DUO.
TERTIUS CONSULATUS HO-
NORII AVG.
QUARTUS CONSULATUS HO-
NORII.

EPITALAMIUM IN NUPTIAS HONO-
RII.

FESCIENNA.

BELLUM GILDONICUM.

CONSULATUS MANLIUS THEODORI.

IN EUTROPIUM LIBRI DUO.

CONSULATUS STILICONIS LIBRI
TRES.

BELLUM GETICUM.

SEXTUS CONSULATUS HONORII AVG.

PANEGYRIS SERENAE DICTA.

EPITALAMIUM IN NUPTIAS PALLA-
DII.

RAPTUUS PROSERPINÆ LIB. TRES.

GIGANTOMACHIA, cum fragmento Grato.

EPISTOLE.

A D Hadrianum.

Ad Serenam.

Ad Olybriam.

Ad Probinum.

Ad Gennadium.

EIDYLLIA.

Phanix.

Hystrix.

Turpido.

Nilus.

Magnes.

Aponus.

Pii fratres.

PIGRAMMATA.

De mulibus Gallicis.

De sene Veronensi.

De aro, & Leone.

Descriptio armamentorum.

De Concha.

De Cyballo.

De Crifallo. Grecia.

Eis pugnanda quadratura.

Eis duxi quodlibet tibi ait ait.

In sphaera Archimedis.

De Polycaste, & Perdica.

De zona equi regi missa Honorio.

De zona missa Arcadio.

De chlamyde, & frenis.

De phaleris, & cingulo.

Deprecatio ad Aletium.

In Curetium.

In eundem.

In Jacobum magistrum equitum.

De Theodore, & Adriano.

ALIA, QUAE CLAUDIANI
NON VIDENTUR.

In Pedayrum.
Rimanti telum ira facit.
Ad Aeternalem.
Ad Maximum.
De locusta.
Descriptio portus Smyrnensis.
Est in conspectu longo locus.
De quadriga marmorea.
Fragmentum.
De paupere amante.
De sepulcro speciosa.
De burro catoresco.
Carmen Paschale.
Laus Christi.
Miracula Christi.
In Sirenas.
Laus Herculis.



CL. CLAU-



CL. CLAUDIANI
IN
PROBINI, ET OLYBRII

Fratrum.

CONSULATUM PANEGRYRIS.

SOL, qui flammigeris mundum complexus habenis
Volvis inexhausto redentia secula motu,
Sparge diem meliore coma, crinemque
que repxi
Blandius elato furgant temone jugales,
Eflantes roscum frenis spumantibus ignem.
Jam nova germanis vestigia torqueat annus
Consulibus, iactique petant exordia menses.
Scis genus Anthemium, nec te lature potentes
Annadae: nam se pfoles ductoribus illis
Instaurare vias, & cursibus addere nomen.
His neque per dubium pender Fortuna pavorem,
Nec novit mutare vices; sed fixus in omnes
Cognatos procedit horos, quemcumque requires
Hac de stirpe virum, certum est de Consule nasci,
Per falces numerantur avi, semperque renata
Nobilitate virent, & prolem fata sequantur,
Continuum simili fervacia lege tenorem.
Nec quicquam procerum tentar, licet are retulisse
Floreat, & claro cingatur Roma Senatu,
Se iactare patem: sed prima fede reliqua
Anthemis, de jure licet certare secundo.
Claud fecusac tacitum Luna regnante per Arctos

Sy-